dis et retundendis adeo dedisse locum in philosophiae suae initio..... Multi Cartesiani..... inde devenerunt in ejusmodi Scepticismum, ex quo postea per philosophicum apparatum omnem exsolvi nequiverunt..... Ibid. p. 12. 13. 14. Debent philosophi nobiscum quartam legem verae methodi statuere hanc: Agnoscendum esse cuique, se esse corruptum atque in eo statu veritatis acquirendae incapacem.... Verum ista omnia de corruptione, dixerit forte nunc aliquis, theologiam spectant et non philosophiam, neque adeo nos philosophos..... Non est unus quisque in hominem duplicem, theologum puta et philosophum divisus..... Ibid. p. 46. 47. 48. Sanationem mediis aptis nunc ante omnia quaerendam, quod pro lege quinta.... habemus.... et capiendum esse histrionem (rationem) ligandum et captivandum sub obedientia Christi (patet).... Ibid. p. 68. 69. Sexta lex: Mens ad incolumitatem recipiendam, agnità et deploratà aegritudine impotentiaque abstineat ab actibus intellectus sui, quem offerat Dei passivum..... Ibid. p. 71.

2) .... Libet hic.... de criteriis quibus veritas insignitur et agnoscitur, quaedam exactius disserere ..... Ibid. p. 17. Errari statim atque omnino ineptiri potest 1) si quis primum quodvis criterium arripiens applicet id rebus aut veritatibus, quae ex alio criterio perpendendae sunt, 2) si causam omnis luminis, omnisque boni et veri, Deum, nec satis noscat, nec in mente habeat, 3) si denique ipse facultates proprias, earumve statum, firmusne an debilis et corruptus sit, nesciat.... (Quae) evitare satagemus considerando de veritatum variis generibus, de Deo, deque mentis nostrae facultatibus ea quae ad hoc facere videbuntur. Ibid. p. 21. Observandum primo:.... veritatem recte initio distingui in veritatem materialem sive facti, et in veritatem mentis sive conceptus aut conscientiae..... Veritas materialis consistit in hoc, quod res sint prout revera

sunt. . . . . Hae veritates materiales tanti aestimandae sunt quanti materiae ipsae. . . . Ita Deum non amari, hominem peccare aut damnari, veritates sunt pessimae . . . . A dignitate veritatis rei dignitas veritatis mentalis et afficientiae pendet et exsurgit potissimum. — Haec autem consistit in eo, ut . . . . . in mentis affectionibus characteres sint cum objectis ipsis, aut cum objectorum habitudine ad nos, conformes. . . . . Has autem correspondentiae aut conformitatis veritates . . . . in duas vel tres species aut classes divido, quarum unaquaeque proprium suum habet criterium. Ibid. p. 22. 23. Quando perceptiones de me, meisque cogitandi facultatibus intimioribus habui, tunc me ipsum, rem scilicet ipsam cogitantem et spiritualem realiter percepi; idemque de Deo quoque . . . . dicere non dubito; perceptiones enim illae vividae de eó . . . . non potuisse ab alio quam ab illo . . . . proficisci . . . . certus sum. Similiter, quando oculos aperui et solem, atque alia cum meo corpora percepi, tunc me ipsas res corporeas percepisse vividis sensationibus, nisi sponte insanire velim, in dubium quoque nequeo revocare. At quando vivida Dei affectione absente, aut clausis soli oculis volui nisu quodam et contentione activa in me revocare . . . . res eas, tunc bene sensi, ideas istas . . . . jam non res ipsas, sed rerum picturas steriles et veluti mortuas esse. . . . . Unde destinguo veritates in veritates reales, hasque in spirituales quibus ipsis rebus spiritualibus afficimur, et corporeas, quibus tangimur ipsis rebus corporeis, et in veritates pictas, sive umbratiles, quibus rerum ideis seu picturis tantum gaudemus. Ibid. p. 24. Veritatum istarum species debent praeterea distingui in generales . . . . et speciales. Ibid. p. 26. Et quoniam unaquaeque ex tribus . . . . affectionibus vel generalius . . . . spectatur . . . . vel specialius, ideo quod trinum ex se est, in senariam abiit divisionem vel considerationem. Ibid. p. 33. Non est tamen, quod

quis adeo sit sollicitus, si forte has criteriorum et evidentiae sex species non possit primo nisu adeo facile concipere;.... recte quaerenti verum se ipsas ex se offerunt. Unde earum reflexa cognitio, hoc est, cognitio quod in his consistant criteria et characteres diversarum veri specierum, non tam ad inveniendum aut agnoscendum verum necessaria est vel utilis, quam ad hoc, ut a falsitate sive a persuasione falsa possessi veri abstineatur, utque ab ea recedat, quisquis in eam incidit. Ibid. p. 32. 33.

3) Tribus hisce veritatum speciebus destinatae sunt in omni mente suae facultates..... Ibid. 25. Fecit nos Deus res vividas et cogitantes, ut donaret nos vel potius nos vestiret et indueret formis tum sui ipsius, tum rerum omnium..... Id, quod in nobis istas formas recipit, iisve induitur,.... vocatur generaliter intellectus, qui.... quando formis rerum induitur eo ipso res scit et novit. (Si cera esset suorum actuum conscia et verteretur in figuram Alexandri, nosset tum figuram Alexandri.) Ibid. p. 52..... (Mentum) substantialissima atque essentialissima portio vel dos, vel natura reconditissima radix et substantia, est fundus vel recessus quidam immensus sive intima nonnulla capacitas..... Hic est ille animae fundus, tantopere nonnullis celebratus..... thronus Deo aeterno sacer ejusque solius aeternas impressiones suscipere aptus..... De erudit. solida Part. I. p. 8. Je ne saurois mieux comparer l'ame..... qu'à un grand et précieux globe de crystal, qui auroit été fait pour être habité s'il faut ainsi dire, et éclairé intérieurement par une lumière naissante de son centre. Le centre..... marque le fond de l'ame; sa capacité intérieure par où les rayons de la lumière se répandent, sont les facultés divines; la surface extérieure du globe sont les facultés extérieures..... Si Dieu avoit voulu créer l'ame pour lui seul, ou pour la seule éternité, elle auroit été comme un globe infini et sans super-

Digitized by Google

ficie, mais l'ayant voulu crées pour qu'elle jouit de Dieu et de ses ouvrages, elle subsiste tantôt sans la forme d'un globe infini, et tantôt sous celle d'un qui a une sorte de superficie, quoique son centre et sa capacité demeurent néanmoins infinis. L'oec. divine Part. I. p. 653. Dieu pouvoit, s'il eût voulu, se contenter de demeurer dans l'état de sa pure éternité..... ou bien, s'il voulût, il pouvoit en sortir, et penser à d'autres choses, comme il a fait, pour se réprésenter.... Pour réprésenter, mais moins vivement et à la manière d'un tableau inanimé toutes les combinaisons admirables et infinies de la contemplation libre de ses perfections, il a excité dans son concept arbitraire le nombre infini des idées.... Ibid. p. 204. 206. Les idées des choses, ... bien loin d'être nécessaires et éternelles, ne sont que des modifications libres du concept arbitraire de Dieu entant que réprésentatif de ses libres et de ses multiples manières de contempler ses divines perfections. Dieu se pouvoit s'en abstenir de deux chefs.... l'un.... de la variété ou multiplicité de ses propres contemplations arbitrairement rangées qui sont l'original et le prototype des idées, l'autre.... il pouvoit en demeurer là, sans exciter des idées de créatures pour en faire les tableaux des formes différentes, qu'ont ses divines perfections dans l'arrangement de leur contemplation. Ibid. p. 207. 208. Plastes et archetypus noster nobis ipse proponit ad scopum sibi placitum..... ut repraesentemus naturam et regimen Dei nostri, prout is erga se, hominem et caeteras creaturas sese gerit. — De erud. solid. p. 5. (Vergl. die merkwürdige Durchführung in Oecon. div. Tom. II. Chap. XIV et XV.) Placuit.... numini liberalissimo, et accessorias superficiariasque nonnullas capacitates sive facultates menti donare, quibus illarum Dei de rebus externis idearum, illorum Dei arbitrariorum ludorum esset aemula et repraesentatrix, unde orta est in mente

facultas accessoria et superficiaria rationis, quae alias intellectus activus dicitur. (Cf. Oec. div. Tom. II. Chap. V.) .... Quemadmodum .... Deus ille, qui .... non tantum accessorias rerum creabilium ideas ad sui accidentariam .... delectationem contemplari voluit, sed et ipsi placuit, ut illae, hoc est res ipsae ideatae, existerent .... ita .... non satis ei fuit condere mentes, quae fundi ..... donatione solo Deo solide et complete beatae essent, aut, quae rationis accessu non necessario, ideas rerum ad accidentariam delectationem intuerentur, sed et voluit, ut illae cum rebus ipsis commercium haberent, easque perciperent.... Unde et mentibus donavit capacitates sive facultates cum corpore certo, quibus haec exequerentur, videlicet imaginationem, sensus, facultatem motricem, et affectus sive passiones animae. De erud. solid. p. 11. 14. (Cf. Oec. div. Tom. II. p. 548.) Intellectus distingui potest in divinum, qui intelligentia dici potest, estque veluti capacitas quaedam mentis intima et immensa, divinis formis recipiendis apta, in humanum vel idealem aut rationalem pro ideis rerum, in animalem sive sensualem pro externis objectis. Vera method. p. 52.

4) Quando agitur de intellectu vivide realiter et efficaciter investiendo et induendo rerum formis, earum maxime, quae ipsius intellectus natura sunt sublimiores, tunc omnis intellectus activitas in hoc est prorsus inepta..... Ergo intellectus noster divinus sive ad divinas formas vivide et realiter recipiendas factus, excepto actu, quo se offert Deo transformandum, mere passivus est..... Intellectus animalis, sive perceptio sensualis, quatenus realiter vivide et efficaciter formis rerum investiendus est, excepto actu quo organa corporea objectis applicantur, mere passivus est. Ibid. 54. 55. Pro realitatibus divinis intimis et immensis, quae in Deo sunt, (Deus) menti dedit facultates divinas, intimas et immensas, desiderii intellectus passivi et acquies-

Digitized by Google

centiae cum fundo, aeternitatis degustandae capaci. Pro realitatibus autem, sive pro objectis realibus, corporeis externis, limitatis, dedit cum corpore facultates sensuum qui corporei appellantur. De quibus omnibus notandum est..... mentem respectu realitatum omnium recipiendarum...... se habere mere passive. De erudit. superficiaria p. 103. Facultatem quandam novi generis habet mens, quae objecta absentia, eaque simul multa ei depingit..... Haec facultas depingendi nobis in mente objecta, quando tamen eorum realis praesentia a suis cuique propriis facultatibus abest, ea est quae ratio humana sive intellectus activus dicitur seque extendit ad pingendi quaevis, tum spiritualia tum corporea, Deum videlicet ejus attributa resque creatas caeteras, quarum picturae vel icones ideae jam vulgo dicuntur. De erud. superfic. p. 105. Quando agitur de investiendo intellectu ideis, s. formis rerum pictis et umbratilibus.... tunc intellectus activitate.... sua potest sese vertere in illam formam...... Vera meth. p. 56. Passivis magis perficitur homo quam activis.... Summa perfectio hominis advenit et fit ab alio agente (Deo) per facultates passivas.... E contra summa hominis miseria fit et admittitur per facultates activas.... Vera method. p. 87. Quamvis omnibus rationis seu intellectus activi ideis carerem, posset tamen Deus, cujus ut dictum potentia a me non pendet, vividum in me sui ipsius lumen suamque vividam ideam sine actu meo ponere et excitare..... Sequitur.... rationem esse facultatem quae comparata cum capacitate, qua Deus animae jungi potest, sit veluti superficiaria, externa et accessoria. Ibid. p. 78. (Cf. Oecon. div. II. p. 574 et 545.) Respondent autem ternis hisce facultatum classibus, insuntque tribus istis veritatum speciebus tria luminum genera, divinum, naturale externum, et umbratile rationis..... sive naturale metaphysicum vel philosophicum. Ibid. p. 26. Quorum primum

Digitized by Google

divinum est, facultates mentis superiores, intellectum praesertim passivum, feriens modis omnium certissimis, ... alterum externum est et naturale, quod etiam ubi ab objectis in facultates diffunditur, omnem dubitationem de rei existentia et relatione ad vitam corporalem excludit: tertium est rationis, tenue illud et veluti pictum atque . . . . illorum trium incertissimum et obscurum valde, nec, ubi solum consulitur neglectis ceteris, a dubitatione et incerto liberum. De erud. superfic. p. 115. Prima certitudo est infallibilis, altera neque dubitationem admittit, tertia ubi bene fit dubitationes ex ratione ortas ipsa quoque discutit etsi aliis sit inferior. Ibid. p. 125. Oui, abyme infini de pur être, l'absolu et simple Je suis! c'est toi qui es le véritable et l'unique Je suis. Devant toi je ne suis pas, non plus que mes semblables les êtres conditionnés et particuliers . . . . . L'existence de Dieu, à la bien considerer, est de certitude plus grande que ne le peut être à chacun celle de sa propre existence. L'occ. d. l. créat. p. 31. 35. Quemadmodum dantur tria luminum genera, sic etiam unus idemque homo potest et esse et considerari ut theologus, ut naturalis, ut philosophus. Ut theologus . . . . utitur lumine divino, cui dat facultates supremas; ut naturalis utitur, rebus naturalibus . . . . quibus facultates suas inferiores accommodat. Ut philosophus autem excitat in ratione sua ideas seu icones rationales . . . . sive res illae (perceptae) sint divinae, sive naturales. De erud. superfic. p. 163. Quemadmodum iste, si sanus sit non dicit, quando sit philosophaturus: Ego qua philosophus nolo me gerere sicut homo naturalis . . . . sic nec idem dicet: Ego qua philosophus nolo admittere lumen quod non percipio nisi qua Theologus. Ibid. p. 164. Equidem non sunt confundendae Theologia et Philosophia, una siquidem res divinas spiritualesque ipsas possideat lumine divino, altera earum tantum imagines nonnullas, quas activitate ra-

tionis depingit. Verum si quis philosophantem ideo reprehendat, quod mentem ad divina theologicaque convertat, idem facit, ac si hominem depingentem seu imagines facientem, qui ad rem ipsam, archetypumque suum interdum respiceret, sic alloqueretur: Qaestio est de effigie .... quid tu nunc rem ipsam, archetypumque oculis tuis adspicis? Ibid. p. 167.

5) Modi, quibus voluit Deus nos rerum formis indui, sunt ..... primus .... vividus .... alter umbratilis, picturarius, superficiarius. Utroque modo formâ Dei et formis rerum possumus indui et superindui. Vera method. p. 51. Animadvertendum, ... eam esse .... facultatum .... naturam, ut sese adjuvent et promoveant, si debito ordine exerceantur, se vero impediant et tollant, si ordine praepostero et perverso pertractentur. De erud. solid. p. 20. Quia a superioribus et divinis facultatibus pendent inferiores, inter quas et ratio ..... illae si obtenebratae et corruptae fuerint, corruptio haec ad inferiores quoque devolvitur. Vera method. p. 48. A fundo igitur atque intimis animae recessibus est omnino inchoandum .... Homo industria sua nil hic polire et erudire .... posse videtur. .... Solus Deus interiorum animae centralis est eruditor et doctor. .... Nihilominus .... homo .... aliquid ad hoc contribuere potest et debet, et quidem ex parte centri fundique sui immensi ..... offerat necesse est ..... immensam aliquam sinceritatem. De erud. solid. p. 21. 22. .... Lapis secundus est centralis et profundissima sui abjectio et humiliatio. ..... Tertia (conditio) ex omnium facultatum parte est .... sui totius versus Deum collectio et conversio. .... Facultates nostrae omnes simul exerceri nequeunt .... quapropter ne mentis intima ab .... eruditione Dei impediantur et revocentur, sileant et quiescant inferiora. Ibid. p. 23. Non requiritur, ut ratio .... non agat prorsus ...., motus et affectus in se excitat laudum, amoris, admirationis Dei .... atque id

activitatis genus et salutare et perquam necessarium est. Vera meth. p. 79. 80. Testatur ipsa ratio, vim quae ipsi deest.... petendam esse a fonte omnis boni. Haec postquam a ratione audivimus, et cordi nobis ista sunt sincere,..... tunc tempus est, ut juxta ipsiusmet rationis dictamen illam ipsam cum picturis suis seponamus. Ibid. p. 111. Est veluti agilis comoedus, qui omnes res, actiones, personas, regias pariter ac viliores, ita imitari enititur ut earum formas omnes in se apparere faciat. Sed hic cautela adhibenda est sedulo, ne comoedus ille se revera etiam credat regem..... Ibid. p. 53. Absit ut velim..... Scepticismum in medium revocare, e contra veritatis fundamenta tam inconcussa proponam, ut nullo modo queant concuti vi illis, qui ea in se volent statuere. De erudit. superfic. p. 113.

6) Principio..... omnes concipiant velim, me .... profiteri, eam .... eruditionem, quam superficiariam nominabo, non ideo nullam, aut nullius pretii a me dici: habet utique pretium sibi debitum, usum quoque necessarium..... Homo sanus non internis tantum visceribus membrisque solidis constat, sed et superficie et cute. Hanc si curet.... superficiaria cura est.... sed et necessaria. At si quis sic cutis haberet curam...., ut corpus solidis salubribusque cibis et exercitiis destitutum relinqueret.... falsa sane et inanis haec cura esset. De erudit. superfic. p. 99. 100. Nummus argenteus qui pro aureo ducato substitueretur,.... falsus nummus esset dicendus, etsi ex bono argento conflatus. Ibid. p. 101. Eruditionis superficiariae fundamentum est ratio humana. Ibid. p. 102. Ratio..... cum sit eruditionis causa efficiens, idea vero ejus materia, ratiocinatio autem ejusdem tum ampliandi, tum communicandi instrumentum, earum proprietates affectionesve non sunt hic silentio praetermittendae. Ibid. p. 106. Ab ideis ut incipiamus,.... nil illae reale sunt etc..... quae cum ita sint, concludendum est,

Digitized by Google

eruditionem quae ejusmodi idearum coacervatione comparatur, non solidam sed mere superficiariam esse. **Ibid.** p. 109. Quod adhuc magis patebit ex consideratione rationis,.... namque ea facultas.... est ita superficiaria.... ut mens.... potuerit aeternum perfecta et beata esse utut rationis facultatem numquam habuisset. **Ibid.** p. 110. Idque adhuc multo magis verum est de ratiocinatione..... Jam perpende ex tribus illis putridis.... fulcris.... quantum eruditioni superficiariae.... sit.... confidendum? **Ibid.** p. 112. Ponamus.... aliquem ex.... angelis ad homines descendere, omnia ea quae tenet edocturum;.... si quis hominum.... eis attendat, horum omnium ideas.... in ratione sua excitet,.... nec tamen se.... elevet.... ad Deum, ab eo desideraturus, ut is res ipsas.... in facultates suas passivas vivido lumine suo infundat,.... is demum agnoscendus est verus erudionis superficiariae possessor. **Ibid.** p. 148. 149. Datur itaque et theologia superficiaria et philosophia cum omnibus suis membris p. 150. Theologia superficiaria in summo perfectionis suae gradu, notitia est idealis rerum divinarum scripturarum earumque circumstantiarum una cum peritia, omnia ista ordinate et ornate referendi. **Ibid.** p. 200.

7) Eruditio superficiaria.... non patitur se in statu suo.... possideri.... sed ab eo vel in falsam transit, vel ad veram enititur et pervenit. **De erud. falsa** p. 209. Interdum inde noscitur, (falsa eruditio) quod post superficiariam acquisitam pausa facta sit, nec ulterius ab imagine ad originale, ejusque rem ipsam fuerit progressum. **Ibid.** p. 315. Quicunque.... ideas de Deo rebusque divinis per rationis suae actus efformatas confunderet cum lumine Deo vero.... is erraret omnium exitialissimo modo. **De erud. solid.** p. 12. ..... lorsqu'on s'attache à elle (l'idée de Dieu) comme à Dieu, elle n'est alors qu'une idole toute froide et toute stérile. **L'oec**

div. Tom. II. p. 569. Quod ut committant, facile inducuntur ii philosophi, qui rebus mathematicis sunt assueti, veluti sunt ut plurimum Cartesiani, ex evidentia namque qua percipiuntur mathematica sua principia communiora, haud raro comprobare volunt se et rerum ipsarum naturas ...... perspectas habere. Vera method. p. 34. Animadverti velim, istam veritatum mathematicarum allegationem complecti ipsissimam ignorantiae rerum naturae allegationem. Ibid. p. 37. Veritates ..... enim concernunt vel rerum ortum intimum .... vel ..... rerum veluti cutim atque terminos ..... mathematicae veritates sunt ultimi hujus generis...., Ibid. p. 77. Taceo namque nunc perabsurde a Cartesio tentatum esse, ut ex mathesi physices desumeret principia, quibus hanc potius totam perdidit. Ibid. p. 38. Quemadmodum .... circa cadavera ..... possunt multa observari certa, unde leges certae et experimentis conformes fiant, sed quas tamen absurdum esset pro principiis naturae corporum viventium venditare .... ita de principiis physices Cartesianae dicendum est. Sunt observationes .... de cadavere naturae. De erud. falsa p. 260. Genius (mathematicus) inficit fatalismo .... nexibus... necessariis...., sic assuefiunt (Mathematici) ut e rerum etiam spiritualium natura et regimine libertatem prorsus eliminent..... Ibid. p. 305. Cur ex dicta imperscrutabilitate Dei concludit potius fines rerum occultas esse, quam principia .... secundum quae Deus res effecit? Ibid. p. 251. Finalis causa, ... quomodo ..... sit rerum efficiens ..... illustrabo..... Quando Deus, ex fine repraesentandi se .... excogitavit in conceptu suo .... universi systema, is Dei scopus, ea intentio non inefficax, sed potius sic disposuit universi materiam molesque ejus diversas ut tales evaderent..... Nonne isthaec omnia bene inter se cohaerent, idque magis certe quam linea recta et simplicitas Dei apud Cartesium? Ibid. p. 255. 256. Theologia superficiaria quae est solidae repraesen-

Digitized by Google

tatio vera, etsi picta et mortua, (est) una, at theologiae falsae, solidam ne quidem umbratiliter, sed monstrose et false tantum aemulantis, plures sunt species. De erud. falsa p. 315.

8) Si Deus ita solus esset, ut praeter illum nihil plane esset, ... tunc non posset esse peccatum.... Quare concludo, divinam essentiam sive naturam incapacem esse peccati; praeterea absolutum omnium rerum Nihil non esse peccatum. Cogitat. rat. Lib. IV. p. 255. Imo ne possibilitati quidem peccati dat ex se locum Dei placitum sic absque opere externo consideratum.... Ibid. p. 256. Il a suffi, que Dieu ait pensé a toutes leurs (des créatures), réalités et perfections, mais non pas à ce qu'elles pouvoient défaillir..... Et pourquoi Dieu n'a-t-il pas pensé à cela? Parce que cette puissance de faillir est un non-être.... et qui n'a pas besoin, d'être pensé pour être ce qu'il est essentiellement, savoir un néant. L'oecon. div. Tom. III. p. 81. Ab eo (Deo) est, quod res, si quae statuantur, ex sese et sine interventu placiti Dei, sint nihil solidum nil subsistens, nil se conservans, sint non Deus quare ut deficiendi sunt capaces non opus est, placitum Dei positive intervenire. Hac ergo de causa. ..... sine placito Dei peccatum est possibile..... Cogit. rat. Lib. IV. p. 256. Improprie igitur dicitur, Deum decernere ut fiant peccata, ut et improprie quoque, peccata esse contra placitum Dei .... neque (enim) ab illis tangitur nec ejus placitum per contrarium positive premitur..... Ibid. p. 257. (Cf. Oecon. div. III. Cap. 4 et 5. p. 74 — 87.) Nullum Dei opus, nullas res existentes et durantes peccatum esse concludo .... imo etiamsi suas quaeque perfectiones non adipiscantur simul sed gradatim .... quare realitas admixta nihilo, hoc est nondum adhuc eas adepta perfectiones quas in posterum adeptura sit, non infert ex sese peccatum. Ibid. ..... tamen datur peccatum, et non est merum nihil.

Digitized by Google

.... Non est existens, et tamen non est mere non existens..... Quomodo haec incomposita in congruum ordinem redigemus? At qui congruere possent, siquidem est de natura peccati ut sit absurdum et inordinatum?.... Cum absurdi recta possit haberi cognitio etsi forte non undique clarissima, siquidem omnis absurditas aliquid obscuri involvat, tentabo eam qualitercunque adipisci.... Forsan id clarius confecero, si, animadvertens, peccatum non esse Ens seorsim consideratum, neque esse Nihil seorsim spectatum, suspicatus fuero id in mixtione utriusque esse deprehendendum..... Atqui mox vidi realitatem admixtam nihilo peccatum non involvere. Sed esto. Mixtio ista, quatenus a Deo est facta vere recteque facta sit, cum potentissimum ens possit revera in nihilo realitatem ponere si velit. Attamen si mixtio ista fiat indebite.... a me qui nihil ex me sum, si videlicet tentem nihilo interponere realitatem.... nonne hoc pro absurdo et malo habendum erit? Ibid. 258. (Cf. Oecon. div. III. p. 136.) Illa mentis meae forma, quae mihi Deum undique sistit limitantem.... operantem, mihi etiam ideam sistit mei, prout ego solus sine Deo sum, videlicet ut qui nihil sum, ne vel minimum quidem realitatis gradum in me habens.... Hoc non habeo a Deo, ut sim nihil, quippe quod non habet opus causa...... Ibid. p. 264. Si illud Nihil absit, i. e. si Ego, res sponte cogitans, deficiam a nihilo, a non determinatione a me etc....., adsitque aliqua realitatis larva inanis, qua Ego, qui nihil sum, mihi is videar, qui a me aliquid sim,.... tunc eo ipso pecco. Unde patet peccatum non cogitationem spontaneam ejusve positionem actualem esse, sed esse absentiam nihili in mente debiti, sive nihili privationem, ipso nihilo longe imperfectiorem et deteriorem, etiamsi id vel Dei proxima imitatio interdum esse videatur. Ibid. p. 272. —

Digitized by Google

Druckfehler.

(Die minder bedeutenden bittet man zu übersehen.)

Text.	Seite	3	Zeile 2	von oben statt nouvelles lies nouveaux (Eben so Z. 5 von unten).
	-	3	- 6	v. u. st. diffucultés l. difficultés
	-	21	- 2	v. u. st. seiner l. der
	-	30	- 6	v. o. st. Pefectionen l. Perfectionen
	-	57	- 5	v. o. st. Vorstellung l. Vorstellungen
	-	77	- 13	v. u. st. bejahe l. begehe
	-	140	- 4	v. u. st. auteurs l. auteur
Beilagen.	-	X.	- 13	v. u. st. enterieurs l. intérieurs
	-	LIV.	- 2	v. u. st. Etants l. Etant
	-	LVI.	- 14	v. u. st. hummai l. humain
	-	LXIV.	- 15	v. o. st. incredudes l. incrédules
	-	LXXVIII.	- 12	v. u. st. tandum l. tandem

Digitized by Google

Gedruckt bei A. W. Schade in Berlin.

LIBERTE ET PATRIE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google